



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

14 De Conditionibus donationis contractui adiectis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

Vndecimo ex his adnotanda simul, & defendenda est decisio Innoc. qui in *caudis. de prescript. dixit*, indefinitam minime habere vim vniuersalis in Probationibus, nisi ex relatione, aut interrogatione vniuersaliter proposita aliud colligi valeat, ea ratione, quia materia subiecta hunc intellectum exigit, cum probatio debeat necessario concludere. *cap. in presertim. de probat. vbi eleganter Dec. num. 17. nec sufficit ad constituendam probationem perfectam, praesumptiones, nec coniecturae, ex quibus potius, quam ex vera, & propria significatione indefinita aequipollet vniuersali, qua ratione commendari debet opinio Inno. quem sequuntur ibi Abb. & Fel. num. 24. Alex. in l. rescriptum. in princ. ff. de pact. idem conf. 108. lib. 2. Dec. conf. 61. col. pen. Rip. in c. cum M. no. ab. 7. Fel. in c. cum omnes. n. 23. Dec. ibi. 2. lect. & Ex ea, num. 1. de consir. Philip. Prob. in d. c. vt circa. Et licet non defuerint, qui contrarium tenere tentauerint, haec tamen est receptior sententia, in quo ipse iudicem admonerem, vt diligenter omnia consideret, quod tutius deliberare valeat, an sit vbique locus huic assertioni. Ex qua etiam illud solet asseruari, non probari sufficienter mandatum procuratorum alicuius capituli Cathedralis ecclesiae per instrumentum, in quo dictum sit, Canonici ecclesiae Cathedralis S. Mariae Salmanticensis constituerunt Sempronium procuratorum. Potuit enim actus hic fieri a duobus Canonici, & vera esse verba instrumenti, atque ita in ea specie non habere praefata verba indefinitae vniuersalis orationis significationem asserunt, Oldra. conf. 100. Alex. conf. 7. lib. 1. & ibi Carol. idem Alex. conf. 49. col. pen. ver. praeterea, & conf. 112. lib. 7. Fel. Dec. & Ex ea in d. c. cum omnes. idem Fel. d. c. auditis. num. 24. Ia. in l. 2. col. vlt. ff. de liber. & posthu. Dec. in c. 3. loco. col. 3. de probat. Io. Staphil. in lib. de literis gratia, & iustitia. fol. 169. Ceterum ego hanc sententiam non admitterem eo casu, quo in mandato dictum esset, capitulum ecclesiae Cathedralis Salmanticensis Constituit Sempronium procuratorum. hoc etenim nomen collectivum sufficit, vt ab omnibus Canonici mandatum concessum esse existimemus ex Oldra. & aliis, quos ad eius sententiam comprobendam adduximus, & praesertim Iafone, Staphilao, Carolo ac Felino, & Decio in d. c. cum omnes. idem ipse censerem, si dictum esset in mandato, Decanus & Canonici, id enim sufficeret, sicuti posset id colligi ex aliis verbis in eodem mandato expressis, quod iudicis arbitrio relinquere oportet.*

Duodecimo ex his, quae superius adnotauimus deducitur hoc in tractatu minime fore necessariam Bartoli distinctionem in d. l. si pluri bus. dum dixit in materia odiosa indefinitam non aequipollere vniuersali, rursus tamen in fauorabili vniuersalem significationem habere, & idem probant Domin. & alij in d. c. vt circa. Dec. conf. 343. col. 3. Fel. in d. c. auditis. nu. 24. idem in c. vlt. de treug. & pace. Hec etenim consideratio sufficiens non est, quandoquidem, siue actus in fauorem, siue in odium tendat, ex propria significatione, ex mente disponentis ex materia subiecta consideranda est propositionis indefinitae vera & congrua interpretatio.

Decimotertio hinc colligitur verum esse, quod Bartol. scribit in l. ab hostibus. sed quod simpliciter ff. ex quib. caus. maior. num. 7. dicens indefinitam vniuersali non aequipollere, vbi vniuersalis propositio significatione indefinitae aptata, prauum intellectum inducit: id enim non alia ratione probatur, quam quod alienus omnino sit prauus sensus ab ipso, qui in definitam orationem protulerit, & ea quidem causa propria indefinitae significatione assumitur, nec vitium interpretatione benigniori, ad effugiendum prolatae orationis absolum minimeque convenientem intellectum, quod ab omnibus receptum est.

Decimoquarto hinc constat ratio text. in l. placet. ff. de liber. & posthu. quo in loco Iurisconsultus scribit institutionem illam; instituo posthumum heredem, non tantum presentem factum existentem in vxoris vtero, sed & futurum ex quacunque vxore posthumum comprehendere. Nam ea interpretatio procedit a verisimili testantis voluntate, qui quocumque filium sibi nasciturum vsus pietatis officio ad propriam hereditatem admittere paterna dilectione gestit.

Decimoquinto aperitur inde intellectus ad cap. quia circa. de priuileg. vbi conuentio seu priuilegium de decimis non soluendis concessum ab eo, qui ius habebat percipiendi decimas, ita interpretandum est, vt non tantum intelligatur in his agris quos eo tempore possidebant hi, quibus ea est data immunitas, sed & in his, qui postmodum ab eis fuerint acquisiti, atque ita, vt inquit Romanus Pontifex, ea immunitas

verbis indefinitis concepta vim habet, ac si vniuersali oratione data fuisset: hoc etenim procedit a veritate concessentis; qui ius sibi ipsi competens solenniter, & iuratum eam dispositionem, quae est tantum preiudicium, & beneficium est, intellexisse videtur. I. veteris. ff. de pact. & ibi dilecti. de donatio. cap. quamuis. de praeb. in 6. l. 2. c. de bonis ratiocinatis. notat in hac specie Abbas in d. cap. quia circa. Fel. in cap. quam quastio. de rescript. num. 12. Iason in consil. 23. lib. 3. Vnde in Herculanus quast. i. fundamento 11. Fortun. in l. Gallus. §. 3. quod tantum ff. de liber. & posthu. colum. 75. quibus adde quae notat Bartol. in l. si ita. ff. de auro & argent. legat. Iason in l. si stipulatus fueris. I. ff. de verborum obligat. Alciat. in l. verbum erit. ff. de verborum significat. qui simul & Albertus Brunus in tractat. de aug. & diminutione clas. 9. rursus idem Iason in l. qui filius. num. 12. ff. de legat. 1. d. Herculanus, d. quast. 1. plura tradidit in ea questione, quod dispositio qualibet non tantum in praesentibus, sed & futuris accipienda sit, praeter hos erit legendus Cathol. Molin. in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. gloss. §. 5. num. 18. ac Socium. nior consil. 98. lib. 1. est item & aliud, quod ad interpretationem d. cap. quia circa. haec in re attinet, quia eadem est ratio de decimis futuris, quae de praesentibus secundum Henric. in cap. quia circa. colum. 1. t. quae quidem eiusdem rationis consilium ratio deducenda est ab ea ratione decedendi, quam modo tradidimus, cum aliqui appellatione decimarum, futurae decimae minime contineantur. cap. tna. §. vltim. de decimis.

C A P V T XIII.

De conditionibus donationis contractui adiectis.

S V M M A R I A.

- 1 Donationi perfecta incontinenti potest adijci conditio modusque, non ex teruello.
- 2 Conditio seu pactum apponi potest donationi etiam in utilitatem tertij, si ei ex hoc actio quaeritur, traditurque inibi intellectum Iquatus. C. de fin. que sub mod. vbi quod possessio donati conditio existente, siue traditio ne in donarium transferatur.
- 3 An hinc tertiae sicut acquiritur actio personalis, an etiam acquiritur actionum absque rei traditione?
- 4 Intellect. l. 1. c. de donat. que sub mod. & vniuers. nu. 6.
- 5 Intellect. l. Regis. 7. tit. A. part. 1.
- 6 Anl. C. de donat. que sub mod. habeat locum contra ecclesiam donationem que recipiendo rem alimenta donatori promittit.
- 7 An possit donator pactum appositum in fauorem tertij absentis renouari?
- 8 Intellect. ad text. in l. si cum fundum. ff. de pact.
- 9 Pactum in fauorem tertij donationi appositum, etiam inuito donatore parit & donatorio seruari.
- 10 Iuramentum donatoris impedit renouationem pacti seu conditionis adiectae donationi.
- 11 Stipulatio notarij donatoris nomine absentis concepta, an impediatur renouationem pacti & conditionis vel modus?
- 12 Vbi absentis per alterum actio quaeritur sine cessatione, necessaria est ipsius absentis ratiocinatio.
- 13 Intellect. l. Regis. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinat.
- 14 An in ecclesia transferat dominium absque traditione ex pacto d. l. quod & quadam de acceptatione donati.
- 15 Contractus innominatus etiam factus in fauorem pie causae pactionem re integra admittit.
- 16 Mandatum morte mandantis expirat, etiam si praestitum fuerit ad finem causae.
- 17 Haeres donatoris non poterit renouare pactum donationi appositum in fauorem tertij.
- 18 Quia de panna appositio pro facere pacis conferuando, an possit renouari prauiucium sibi, vel ecclesiae?

Perfectae donationi nullas posse adijci conditiones quod donatorio inuito Casarum constitutione statutum est in l. perfecta. Cod. de donatio. que sub mod. in hac verba, perfecta donatio conditiones postea non capit, quae quidem probant, donationi perfecte non posse apponi conditiones ex interuallo, licet incontinenti id permissum esse videatur, siquidem ex propria vi & natura dictio poitea interuallum ostendit, text. & ibi gloss. in l. in bone sicuti. C. de pact. in l. qui proceperem. ff. de procurat. l. iurisdictionem. §. quoniam. ff. de pact. l. 1. §. item l. beo. ff. quod vi, aut clam. lib. ex Castren. in princ. ff. de Castren. notul. cum pluribus quae ad hanc rem congerit Andreas Tur. quel. in l. si inquam. C. de reuoc. donat. in vlt. poitea. igitur incontinenti donatio & si perfecta, etiam inuito donatorio, conditiones iuxta donatoris voluntatem optime admittit, quod deducitur ex eadem l. perfecta. in secund. part. text. opo.

... & ibi Imol. in cap. cum dilecti. de donat. in continenti, inquam, vel in ipso contractu, vel post ipsum contractum...

... Eo ideo verum est, ut in plura donationi possit apponi conditio, non tantum in utilitate ipsius donatoris, sed & in utilitate alterius, text. est in signis in l. quoties. C. de donat. qua sub...

... Verum donatione ita constituta, & perfecta, post certum tempus res donata Titio absenti, aut alteri, quam donatori restituatur, accedente die, ipso iure, absque vlla traditione...

... Hanc vero Philippi Decij opinionem ipse falsam esse censio ex pluribus, & primo quod sine traditione dominium & ex actu inter vivos transfertur, ut est probatissima iuris regula in leg. traditionibus. Cod. de pactis, Secundo quod ex dicta leg. quoties, tantum colligitur actionem personalem eo casu competere, quemadmodum glo. & Doctores. Communiter ibi inter-

pretantur, alioqui si ex ea lege realis actio daretur, hoc procul dubio ibidem exprimeretur, sicut expressum fuit in dict. leg. i. eiusdem tituli. Tertio ex resolutione contractus verbis obliquis concepta, ut in d. leg. quoties, concipitur, nunquam tranfit dominium absque traditione. glo. Communiter recepta in l. i. ff. de donat. Quarto etiam si in donationis contractu eius resolutio facta foret verbis directis, non tranfiret dominium absque traditione, cum id speciale sit in pactis legis commissoriae, additionis in diem. Bartol. in d. l. i. ff. de donat. optim. tex. in l. penult. C. de ad lit. action. quam Opinionem Communem esse alibi aperte offendemus. his igitur palam fit in specie d. l. quoties, in inime transferri dominium absque traditione: etiam eueniente die resolutionis illius contractus, quod expressim animaduerto respondiisse Aegidium a Bellamer. consil. 39. colum. 4. quem simpliciter dubius, de huius quaestiois veritate retulit Aymon Saullianus consil. 9. num. 9. vnde nec ipsi donatori, nec alteri, qui ipse rem donatam post certum diem reddi statuit, in rem actionem, & vtilem ex d. l. quoties, conuenire, nec concedi, iure respondendum erit. Quin & aduersus Philippum Decium iure optimo aduocare possum, Alexand. Iaso. num. 17. Socin. 14. in l. qui Roma. §. Flavius. ff. de verbo. oblig. qui, dum in ecclesiam post diem statutam & definitam tranfire ipso iure dominium ex pacto donatoris iuxta d. l. quoties, asseruerant, ob eius peculiare priuilegium l. fin. Cod. de sacrosanct. eccles. manifeste censent in aliis non esse locum dominij translationi, nisi rei traditio fiat. Non obstat quod Specular. scripsit: nam is alia ratione vtitur ad coprobationem propriae opinionis: si quidem dixit quod data emphiteusi duobus, vt altero mortuo eius pars ad superiorem pertineret: is qui superstes fuit, agere poterit ad defuncti partem aduersus eius haeredes actione reali: ex ea ratione quod res pro indiuiso illis duobus tradita fuit: vnde nullus eorum in ea parte, quae per alterius obitum ex tradentis voluntate, & expressa dispositione ei acquiritur, noua traditione indiget. l. liber homo. §. Titius. ff. de her. instit. Hac sane potior est ratio, cui veritas praedictae decisionis innititur: obiter vero Specul. l. quoties, in sensu, quem Decius probat, & veluti per translationem induxit, & tamen hoc in loco nec damno, nec admitto, vt de iure certam Specul. sententiam, cuius alias meminit Alexan. consil. 24. lib. 5. consil.

Item non obest tex. in l. i. C. de dona. qua sub mod. nam in eo speciale est, actionem vtilem in rem dari donatori fauore alimentorum, quae sibi in ipso donationis contractu referuauit: & tamen donatarius contra ipsius conuentionis placita minime ea donatori praestiterit: sicut ibi gl. & Dd. scribunt. Alex. in l. traditionibus. C. de pactis. Rom. cons. 284. Corn. cons. 102. lib. 1. col. 2. Bald. cons. 250. lib. 3. Nec enim dubium est ex ea constitutione vtilem in rem actionem donatori competere, & id praeter alios Aretin. not. in l. i. col. pen. ff. de legat. 1.

Fortius vrgere videtur Regia l. 7. tit. 4. par. 5. Ego tamen eius opinionis sum, vt Regias constitutiones, quas septem partium opus complectitur, quoties earum verba patiantur, existimem ad ius Pontificium Caesareumque reducendas fore: vt nihil vtriusque iuris sanctionibus aduersum in eis statui existimemus: quandoquidem earum legum conditoris potissimus fuerit Icopus, in quem tantum opus ad Hispanae Reipub. utilitatem direxit, ex vtriusque iuris statutis, constitutiones praedictas Hispano adueniente die resolutionis contractus, & donationis, possessionem & dominium rei donatae acquiri donatori, vel alteri, quem ipse in conditione aut modo adiecto donationi nominauerit, sunt intelligenda, facta ipsius rei traditione, vel saltem apprehensa possessione, etiam propria autoritate, quod permittere lex ipsa videtur. Et si dixeris ex hoc non satis responsum esse d. l. inductioni, fatebor vtique, sed in iutus, saltem ex iure Caesareo opinionem Philippi Decij falsam esse, tametsi eam iure Regio defendere velis.

Quod vero attinet ad l. i. C. de dona. qua sub mod. Lud. Rom. in d. cons. 284. censet eius decisionem etiam aduersus ecclesiam donatariam procedere, ita quidem, vt si ecclesia alimenta ex pacto, aut modo donationi appposito, non exhibuerit donatori, actione vtile in rem conuenire possit a donatore, & per sententiam ad rei donatae restitutionem compelli. Sed de hoc dubitat Rogerius a Mora in d. l. traditionibus. n. 64. atque ipse falsum esse opinor ex cap. verum. de condit. apposi. quod iuxta communem eius interpretationem probat, donationem factam ecclesiae modo appposito, minime reuocari, etiam si modus is non seruatur.

FF uctur;

uetur, etiam si agi possit contra ecclesiam, vt modū seruet. ita gloss. Cardin. Abb. & Præpos. colum. 3. in d. cap. verum. Felin. in cap. verum. de foro compet. colum. 4. Paul. Castrenf. in l. i. col. 2. ff. de donat. Socin. in l. quibus. §. Terminus. ff. de condit. & demonstrat. colum. penult. Corflet in sing. in verbo contractus. Bald. Nouell. de doie. part. 6. primip. 50. & Ioan. à Medina lib. de contractibus, & restitutione. quæst. 24. qui omnes hoc ipsum iure verū esse censent, nisi expresse in contractu dictum fuerit, quod non seruato modo reuocetur donatio, quod pulchre nota. Andreas Tiraquel. lib. 1. de retract. in fin. num. 1. & 14. facit ad præmissam interpretationem, quod in donatione facta ecclesie, ipsamet datio causa finalis censetur, nempe liberalitas in piūm locum collata. modus vero causa existimatur impulsiva, sicut & in libertate probat text. in leg. Mania. ff. de manu. testam. Nec quidquam iuuat Roman. alimentorum fauor, cum is in præiudicium & læsionem Ecclesie admittendus non sit maxime ex negligentia prælati, vel administratores is rerum Ecclesie, quæ ei nocere non debet, & præterea alimenta non omnino admittuntur, sed exhibenda integre sunt donatori ab ipsa ecclesia & ideo text. in d. cap. verum. etiam procedet, vbi modus donationi adiectus pertineat ad alimenta donatori administranda, tunc etenim modus causam inducit impulsivam, non finalem: alioqui modus donationi adiectus causam finalem demonstrat, cum apponitur in fauorem donantis, vel alterius quam eius, cui donatio fit, vel Reipublicæ, vel pietatis etiam in ipsum donatarium exercendæ. Bartol. in l. 2. §. vltim. ff. de donat. idem Bart. in l. 2. §. fin. ff. de iure dot. & sane vbi modus causam inducit finale, eo non seruato donatio reuocatur. l. cum te. C. de pact. int. empr. secus vero si impulsivam causam induxerit. l. ea condit. C. de rescin. vend. Abb. Præpos. & alij in d. cap. verum. Bart. & alij per text. ibi in d. l. 2. §. vlt. ff. de donat. Regia l. 58. tit. 5. part. 5.

Erit deinde animaduertendum, oportere omnino agentem vtili actione in rem, ex dict. leg. 1. Cod. de donat. qua sub mod. vt obtineat probare, seipsum dominum rei donata fuisse tempore donationis, quod Corneus respondit consil. 110. volum. 1. col. 2. dicens, alioqui non posse rem donatam per sententiam ipsi donatori iuste reddi.

Quinimo, & moram requiri ex interpellatione hominis vel diei tacite vel expresse, vt locus sit præfate vtili rei vendicationi, eamque regulariter purgari posse, adnotant Cynus, Alberic. & alij in d. l. 1. Bald. consil. 250. vol. 3. Ripa lib. 3. respon. c. 7. Corn. consil. 110. ad fin. lib. 1. Deci in l. qui alterius. ff. de reg. iur. post Corne. ex hoc dicens, herede donatarij ignorantem modum appositum donationi nequaquam posse ex d. l. 1. conueniri, etiam si multo tempore omiserit alimentorum prestationem: idem sentit Alexand. consil. 93. lib. 2. ad fin.

7 Illud tamen vtiliter inquirendū erit, num ex iure donator possit conditione modum ve donationi adiectum in vtilitatem alterius, pacto cum ipso donatario tempore contractus inito, reuocare, postmodum altero minime consentiente? Et Bart. donatorem penitere posse respondit in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obligat. pro cuius sententia adducitur.

Primo, tex. in eo §. Flauius. dum probat, actionem tertio competere etiam inuito herede donatoris: ergo à contrario, inuito ipso donatore minime competere.

Secundo, id probatur euidētius in l. 3. ff. de seruis ex port. & in l. 1. Cod. si mancip. ita fuerit alienat. vt manumit. & l. 3. ff. qui suis manumit. ad liberr. quibus statutum est ex Iuriconsultorum responsis, vendito seruo, vt infra certum, aut post certū tempus manumitteretur, posse venditorē ab hac manumissionis lege discedere: & eo penitente non teneri emptorem seruum ea lege venditum manumittere.

Tertio, ad idem facit text. in l. Aristo. ff. de donat. in princip. vbi probatur, donationem quatenus aliud pactum contineat esse contractum inominatum: & ideo in eo pacto locum esse penitentiae: si quis etenim seruum Titio det donationis titulo: pacto conuēnto, vt post quinquennium illum seruum manumittat: poterit donator penitentia ductus, lapsō quinquennio seruum petere, vt ei in seruitute seruiat. ita Bart. Paul. Castrenf. & Doct. ibi communiter illum text. interpretantur, ex l. 3. §. i. de cond. ob. caus. & l. si pecuniam. §. 1. eod. tit. gl. insignis in l. si cum fundum. ff. de pactis. & aliis decisionibus permittentibus penitentiam in contractibus inominatis se integra. Ecce igitur qualiter pactum appositum donationi in fauorē tertij contractus inominatus censetur, & ideo reuocari poterit: quibus rationibus & au-

thoribus adductis Bart. sequuntur Imol. col. vlt. Cuman. Alex. n. 9. Aretin. Iaf. Socin. & Zasius in d. §. Flauius. de Imol. cap. ponit de locat. colum. pen. Hancque Opinionem Communem esse tenent Iaf. n. 14. Socin. num. 16. in d. §. Flauius. idem Iaf. n. 2. num. 66. C. de iure emptor. Soc. consil. 115. col. 2. lib. 4. & Exca in Rub. de pact. n. 43. Aym. consil. 135. n. 10. & Rip. lib. 3. respon. cap. 16. Sed de his Bart. rationibus respondent quidam dicentes in d. §. Flauius. non probari, quod Bart. opinatur, non enim sequitur, heres non potest penitere, ergo poterat defunctus: hæc enim collectio parum valet. & id manifestum omnino est. Præterea ratio quæ assumitur ex d. l. 3. deficiere videtur, quia seruo nulla actio ex ea pactione acquiritur, cum eius iurisdictionem capax, at in proposita questione tertio acquiritur actio vtilis per d. l. quous. & ideo actio ista semel tertio quæsitã ab ipso consentu ab eo tolli non potest, verum hoc parum aduersus Bart. virget, cum & si seruo actio non fuerit quæsitã, officij tamen iudicis ei cōpetit, vt manumittatur. Est enim seruus libertatis capax & in pertinentibus ad libertatem, cuius capax est, ius sibi quæritur & irreuocabile arguatur in l. frater. ff. de condit. indeb. versic. quæsum. & in §. sed cum facti. in §. de stipul. seru. & probatur in d. §. Flauius ad finem. ergo ratione huius iuris maxime fauore libertatis esset dicendum, non posse reuocari pactum, cuius meminit in d. l. 3. Iuriconsultus & tamen in eo penitentia locum habet, vt constat. quæ ob rem adhuc inconculsa manet ratio Bartol. Facilius tollitur à quibusdam argumentatio pro Bartol. deducta ex d. l. Aristo. cum ibi contractus vere inominatus fuerit, non mixtus, si ipsius rei principalem dispositionem consideremus, donationi etenim ad vltim tantē ipsius serui pertinet, vt temporalem vsum fructum: at ipse manumissio serui ad integram iuri alienationem spectabat, quæ quidem alienatio, cum nullum ius respectu proprietatis serui transierit in donatarium, sed adhuc maneret penes donantem, nec vllū præiudicium ex ea etiam circa vsum fieret donatario, procul dubio donationem non respicit, sed donationem ipsius serui, vt manumitteretur, & ita contractum per se inominatum & præterea reuocabile habet Bart. propositio eū eo Iuriconsulti respōso, siquidē in proposita per Bar. questione, ipsa res donata omnino transit in donatariū. nec apud donantē quidquam iuris, de quo dissonere possit, manet, at in Iuriconsulti responsō præcipuum rei ius penes donantem existit adhuc donatione facta, & ideo nimirū si penitere possit, quod colligo ex Rom. in l. si pecuniam. num. 22. condit. ob. caus. & Bart. Soc. in d. §. Flauius. num. 16. quinimo Bart. opinionem appetitissime improbat Paul. Cast. in d. §. Clauis. & in d. l. pecuniam. numer. 11. & in l. insulam. §. vltim. ff. solut. matri. Rom. in d. numer. 22. Franc. Alberg. in d. l. 3. ff. de seru. ex port. Ioan. Lup. in Rub. de donat. inter vir. & vx. §. 44. in fin. Guliel. Benedic. in c. Rayn. de testam. in verbo. si absque l. heres in 2. de fideicom. substit. n. 23. reprobat idem Bart. dicens, fere omnes Dd. contra eū stare. Rodericus Zuæres in l. quoniam in priori. bus. C. de inoffic. test. dum Regiam constitutionem interpretatur, §. q. quo in loco sentit profecto & palam afferit Communem Opinionem contrariam esse Bartol. quod & expressim testatur Guliel. Benedic. d. num. 23. idem Zuæres alleg. 19.

Contra Bartol. adducitur primo l. quous. superius allegata, dum probat, tertio ex pacto donationi adiecto actionem vtilitem dari, & statim acquiri ius, hoc vero ius ab eo tolli nequit absque eius assensu. id quod nostram ff. de reg. iur. d. fin. C. de actio & obligat. igitur non videtur sola donantis penitentia sufficiens ad præfate pactionis reuocationem. hanc tamen rationi respondet, qui patet Bart. sequuntur, regulam vtiliter procedere vbi ius tertio adq̄situm est irreuocabiliter, tunc enim ab eo auferri sine eius voluntate nullo pacto poterit, sed si reuocabiliter adq̄sitū fuerit alicui ius poterit ab eo tolli, atque ita ex d. l. quous. ius adq̄situm fuisse tertio, existimant reuocabiliter, & ideo fit, vt penitentia donatoris tolli possit perpenis rationibus & iuribus seruum Titio det donationis titulo: pacto conuēnto, vt post quinquennium illum seruum manumittat: poterit donator penitentia ductus, lapsō quinquennio seruum petere, vt ei in seruitute seruiat. ita Bart. Paul. Castrenf. & Doct. ibi communiter illum text. interpretantur, ex l. 3. §. i. de cond. ob. caus. & l. si pecuniam. §. 1. eod. tit. gl. insignis in l. si cum fundum. ff. de pactis. & aliis decisionibus permittentibus penitentiam in contractibus inominatis se integra. Ecce igitur qualiter pactum appositum donationi in fauorē tertij contractus inominatus censetur, & ideo reuocari poterit: quibus rationibus & au-

Benedict. in d. cap. Raynuius. titul. de fideicommiss. subtit. num. 23. Deci. consil. 58. & consil. 239. num. 5. Aufrer. in capel. Tholeja. 433. Ripa 54. respons. cap. 16. Challa. in consil. 53. in 2. dubio. Corn. consil. 68. colum. 1. lib. 3. Aymon consil. 19. num. 11. Alex. consil. 27. lib. 3. Andr. ab Exca in Rubr. de pact. num. 177. quibus nulli dubium esse poterit hanc opinionem Communiem esse. Sed circa eius interpretationem aliquot erunt adnotanda. & primum, omnes conuenire hanc stipulationem vtilem esse, & predictum effectum habere, si ea facta fuerit a notario: is enim, veluti persona publica alteri stipulari potest gloss. in §. si quis alij. & ibi Dd. in sit. de inuit. stipul. optimus text. in l. 2. §. 4. ff. rem pup. statu. fore. & in l. non aliter. ff. de adopt. l. 1. §. exigere. ff. de magist. cons. Bart. Alex. & Ia. num. 14. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verb. oblig. Bart. in l. 1. §. huius studij colum. vlt. ff. de inuit. & iur. Bart. in l. certi conductio. §. quoniam. ff. si cert. petar. de quo eleganter disputat Andr. Tiraq. in tractat. de constitutio. part. 3. limitat. 30. Et tamen quibusdam vtilum est, necessarium esse absentis rathabitionem, etiam notario stipulante, vt actio vtilis absenti queratur sine cessione. quod ipse notari in Rub. de test. part. 3. n. 13. ego vero quantum attinet ad propositam ex Bartolo questionem pro intellectu d. l. quoties. existimo ex ea actionem vtilem tertio absenti competere, etiam si nullus eius nomine legem donationi adiecta acceptauerit, etiam si nulla eius nomine premissa fuerit stipulatio: quod mihi ex eadem constitutione manifeste probatur: & ni fallor, eius interpretes idem sentiunt, maxime consideratis his, quae ad rationem illius decisionis notauimus superius in initio huius capituli. igitur non est necessaria notarij stipulatio ad effectum istum, vt absentis in facto eiusmodi legis actio vtilis sine cessione queratur. quid igitur notarij stipulatio tertio, & absentis proderit? Et profecto Doctores omnes in d. §. Flauio. alique, quos ei adiunximus, sentiunt. & palam asserunt, ratione huius stipulationis pactum in fauore tertij & absentis donationi appositum irrevocabile fieri; nec requirunt ad hoc absentis acceptationem: nam hac sequuta, vel rathabitione, non videtur necessaria stipulatio notarij, nec alterius nomine absentis: cui actio absque stipulatione ex solo pacto fuit quae sita: quod in specie ista nempe in intellectu. leg. quoties. notat Andr. ab Exca d. Rub. de pact. num. 185. ex Francil. de Ripa. in 3. lib. respons. c. 11. pro cuius autoritate possent Doctores, quos modo nuncupatum citavi, non temere adducere: notat idem Carol. Molin. in Alexand. consil. 204. lib. 7. Sed licet Dd. in d. §. Flauio. expressim non requirant absentis acceptationem, nec rathabitionem. videtur tamen eorum opinionem intelligendam esse extra casum l. quoties. Quod ad vtilis actionis acquisitionem, modo absentis acceptatio vel rathabitione sequuta fuerit: ex ea Theorica. quam tradimus in d. Rub. de test. dicentes, quoties absentis actio, vel obligatio per alium extraneum, etiam notarium stipulantem queritur, vt ea sine cessione ad quos sita sit, necessariam esse absentis rathabitionem, vel acceptationem. text. optimus in l. si ego. ff. si cert. petar. & quamuis non desint, qui huic opinioni aduertentur: notario stipulante nomine absentis, nihilominus ea recepta obtor vitorum doctissimorum autoritate; dicendum est in presenti questione, notario stipulante non posse donatorem pactum illud reuocare etiam ante absentis rathabitionem, & actionem vtilem absentis quae sitam esse, licet notarij stipulatio ommissa fuerit. in aliis tamen casibus etiam notario stipulante, ante acceptationem, actionem vtilem notario queri, tamen reuocari donatio non possit. quod extra casum dictae leg. quoties. latissime adnotauit Andreas Tiraquell. de constitutio. 3. parte. limitatione 30. num. 8. & 49. Imo & si lege, vel statuto causam fuerit aduersus, iuris Caesaris regulas alterum obligationem adquiri, vt ea obligatio efficax sit, vtque agi ex ea possit sine cessione, oportet, rathabitionem, aut acceptationem absentis sequutam esse: ita quidem adnotari poterit ex his, quae modo in notario stipulante diximus, & in specie talis statuti hoc ipsum scribit Alexan. consil. 126. lib. 5. in fin.

Ex quo inferitur verus intellectus ad Regiam constitutionem quae 3. est titul. 8. lib. 3. ordinat. Qua rex Alfonsus vndecimus anno Domini 1348. Compluti, inter alias regias ordinationes titul. 16. sancit, alteri per alterum in hoc regno, etiam absque vlla stipulationis solennitate obligationem acquiri: absentique promissionem fieri posse cum effectu etiam nemine absentis nomine acceptante: modo animus obligandi appareat, id enim intelligendum est, etiam sine cessione, dum tamen rathabitione, aut acceptatio

absentis sequuta fuerit, ea etenim modum sequuta negotio queritur, nec illa obligatio firma ad agendum sine cessione censetur ex premissis, tamen reuocari non possit. Praesertim vbi notarius, publica vel priuata persona, quae iure communi, vel nulla premissa facta donatione, quae tum ipsius ferri donationem acceptauerit. Alioqui dubium est, non sane vulgare, sed in signe, an ex lege Regia nemine acceptante donationem absentis factam, ita ius absentis queratur, vt etiam ante eius acceptationem reuocari donatio non possit. Et Gregorius Lopez in l. 4. titul. 4. part. 5. exultimam. nihil esse hoc in casu per Regiam legem immutatum ad alterius ius commune, nisi per iuramentum, aut promissum voluntate donantis ad perfectam, absolutamque, & praeclaram obligationem. Siquidem Regia lex non tollit veteres leges, quae de donationibus absentis faciendis tractauerunt, sed leges illas, quae superstitiosas iuris civilis contrahendi formulas induxerunt. Ego vero hac in re arbitror, etiam per legem Regiam inducendum esse, quod donatio absentis fieri possit, & facta valeat, etiam nemine pro eo acceptante, quod iure veteri non erat adeo certum: sicuti & nos tractauimus in Rubr. de testam. part. 3. num. 13. & nihilominus adhuc extante lege Regia, donatorem posse reuocare donationem absentis factam, aut eius acceptationem: si ea donatio ab aliquo absentis nomine acceptata non fuerit atque ideo praesertim in iudiciis semper obseruant in huius donationibus, ab iure rini per donatarios acceptata. Quod si quis dubitauerit, possit in his donationibus, sicut modo eodemque tempore viuentibus, ita & nascituris stipulari: sciat equidem, id fieri posse, quod ex Iuriscofulto in l. si quis operis. ff. de oper. libera. adnotarunt Oldrad. consil. 95. col. 1. Guid. Pap. quest. 257. Bellin. consil. 17. Deci. consil. 225. col. 2. & consil. 245. col. 1. Paul. consil. 347. lib. 1. col. 1. quos sequitur Aym. consil. 19. lib. 1. num. 10.

Secundo deducitur ex his quantum ad effectum d. l. quoties plurimum interesse notarium nomine absentis stipulatum eo stipulante actio vtilis absentis queratur perfecte & irrevocabiliter, etiam non sequuta eius rathabitione vel acceptatione: eo vero non stipulante nondum est actio perfecte & irrevocabiliter absentis quae sita. quamuis Alciat. in c. cum conuincat, num. 238. de iur. iur. probare conetur, posse in praescripto casu ante acceptationem absentis, in iudicio, quod est absentis quae situm, vt ipse censet, non contra donatorem sed contra donatarium, absque absentis consensu reuocari libere ab ipso donatore, etiam si valida praecesserit notarij stipulatio in fauorem secundi donatarij, qui tempore donationis aberat.

Tertio apparet post absentis acceptationem nequaquam posse donatorem etiam ex consensu donatarij a predicto pacto donationis in fauorem tertij & absentis appositum reducere, tamen si ex decisione Bart. ante acceptationem licetum esset poenitere donatori, saltem ex consensu donatarij, etiam si donator absentis nomine stipulatus fuisset, quod constat ex Alexand. & ibi Carol. consil. 204. lib. 7. & Tiraquell. de primogen. §. 8. Qui licet non probet aperte opinionem istam, aliquantulum tamen, imo ni fallor ipse, plurimum Alexandro suffragatur. Alexander vero, cui Carolus accedit, & ante eum accessere Aymon consil. 19. num. 11. & Challa. consil. 53. num. 58. apertissime asseuerat, in questione, quam tractauimus, etiam praemissa stipulatione donatoris ad absentis vtilitatem. Nam in hoc casu consultus fuit, post contractum istum ex consensu donatoris & donatarij reuocari in absentis prauidicium. Sed haec opinio mihi semper dubia fuit & denique verius videtur, non posse in prauidicium absentis donationem istam reuocari, etiam ex consensu donatoris & donatarij. Quia potuit donator iure optimo absentis stipulari ex re in donationem deducta. Praesertim mihi placet haec posterior sententia ex eo, quod Alex. ipse, & Carolus fatentur non posse donationem reuocari in prauidicium absentis, etiam ante eius acceptationem, quoties ex lege municipalis vel statuti alteri per alterum fieri potest. Quod est ad leg. Regiam omnino obseruandum.

Quarto subinfertur, nondum sequuta rathabitione absentis; non posse donatorem, si stipulatus fuerat, poenitere, non requisito donatario: quod aliqua ex parte colligitur ex his, quae Alexander respondit dict. consil. 204. dum videtur eo casu vtriusque consensum requirere ad hanc reuocati onem: considerans, vt opinor, ex stipulatione a donatore absentis nomine concepta, etiam ante acceptationem, quae sitam

esse ius absentis irrevocabile saltem ex solius donato-
ris voluntate. Quod si verum est premissa nomine absentis
valida stipulatione, eius rati habitatione non exigi neces-
sario, vt vere & irrevocabiliter ei obligatio queratur: si-
cut op manur quidam, plura ex paulo ante dictis valida &
virgenti ratione probantur.

Secundo loco iuxta hanc quartam Bart. declarationem
est aduertendum etiam prater notarium efficaciter hanc
stipulationem nomine absentis ab ipso met donatore fieri
posse, imo nec esse stipulationem necessariam adhibita ver-
borum solennitate ad actionem absentis acquirendam: cum
ex ca. d. l. quoties. tertio & absentis queratur ex pacto donato-
ris: habet tamen stipulatione solennis concepta a donatore
absentis nomine eos effectus, quos habet facta ab ipso
notario ad rationes in initio huius cap. adductas ad intel-
lectum d. l. quoties.

Tertio est considerandum, an idem sit in quolibet extra-
pro nomine absentis stipulante, & certe in vim stipulatio-
nis iure Casareo attento, dubium non est nihil ex hoc actum
esse: cum nemo possit alteri stipulari prater personas no-
minatim, & diligenter expressas ab Accursio & aliis in §. si
quis alij. instituit. de iur. l. stipulat.

Quantum vero ad contractum simplicem ex quo absentis
actio queratur, dicendum est absentis actionem personalem
regulariter non queri, etiam si rati habitatione fuerit subsequen-
ta, quod probatur in l. possessio quoque §. vlt. ff. de acquir. possess. vbi
gloss. & Dd. Communiter ex Iuriconsulto notant, etiam per
procuratorem non acquiri absentis actionem personalem:
ideoque necessariam esse cessionem. text. singu. in l. i. C. per
quos person. nobis acquiruntur. in l. solutum §. per liberam. ff. de pignor. actio-
ne. Quod si procurator actionem personalem abique cessione
absentis non requirit, minime queretur absentis actio
personalis per eum, qui procurator non est, nec mandatum
habet, etiam sequuta rati habitatione, cum hec regulariter man-
dato equipollet: igitur extraneus nomine absentis actum
agens, ex quo actio personalis oriri solet, non acquirat eam
absentis ex eius rati habitatione, solum rati habitatione sequuta.
hec mandato precedente, sicut cessione actionis, & eam cede-
re cogetur, qui actum nomine absentis egit, ex d. l. possessio quo-
que §. vltim. Differt ergo notarius ab alia priuata persona in
hoc, quod notarius absentis, cuius nomine stipulatur, vel
actum agit, querit actionem personalem sine cessione, mo-
do absentis rati habitatione sequatur, aut priuata persona non
querit, etiam sequuta rati habitatione, absentis actionem abique
cessionem. & hoc secundum eos, qui etiam precedente nota-
rij stipulatione requirunt absentis rati habitationem. Nam hi,
qui contrariam opinionem sequuntur, maius discrimen in-
ter notarium & priuatum personam constituere conantur:
quod ex proxime dictis deprehenditur.

Quarto, ex supradictis ego existimo probari dictam Re-
giam constitutionem nihil ob stare decisioni Bart. in d. §. Fla-
uius siquidem in lege Regia tantum statuitur, non esse neces-
sariam veterem stipulationis solennitatem: atque alteri
per alterum etiam priuatum acquiri posse, absentis que factam
promissionem efficacem esse quidquid iure Casarum Ro-
manorum antiquitus sancitum fuerit.

Principaliter & quinto Bart. sententia, quam communem
esse diximus, procedit pendente die acquisitionis rei dona-
te, nam postquam venerit dies, qua ex pacto donationis ap-
posito, res donata tertio competit, nequaquam poterit per
donatorem pactum illud reuocari: ita plane fatentur om-
nes, qui in d. §. Flauius. Bart. sequuntur, maxime Alexand. Soc-
rin. & Taf. num. 17. idem notant Dec. cons. 58. Andr. ab Exea in
rub. ff. de pall. num. 152. ea ratio, quod nullus locus sit peni-
tentie, postquam ius est tertio quaesitum: quod etiam proba-
tur in l. i. C. si maip. ita fuer. alie. d. vt manumit. vbi id expressum
videtur, tamen non omnino conuincat illius text. authori-
tatem, quippe que specialis quadam ratione procedat, nempe
ex constitutione diui Marci, qua statim tempore elapso,
quod manumissioni premissum fuerat, seruum ipsum libe-
rum efficiat ipso iure: & ideo non est vniuersalis argu-
mentatio, qua ex illa constitutione favore libertatis fa-
cta colligitur.

Quamobrem, vt hec quinta ad Bartoli opinionem declaratio
radicatus intelligatur, est videndum, quando ius dicatur ter-
tio absentis quaesitum: nam ex consensu omnium ex ipso pacto
donationis ius dicitur absentis quaesitum, quamuis reuocabi-
le, & ideo ad hunc quantum intellectum hoc ius considerabile

non est, cum hic de iure irrevocabiliter quaesito necessario
trahatur. Sed etsi dies venerit, qua ratione pacti donatarius
rem debet tertio tradere, absque traditione non opinor ius
esse illi quaesitum irrevocabiliter: sola etenim actio perso-
nalis adquiretur, & hac durante voluntate donatoris: ita
sane, vt irrevocabilis sit: & hoc probatur animaduersis, &
consideratis rationibus, qua pro Bartol. adducta fuerunt.
Quinimo etiam si contra Bartol. argumentemur, hoc pactum
in fauorem tertij, centeri quandam esse donationem illi
factam absentis, ea reuocabilis erit, donec ab eo acceptata
fuerit, vt superius probauimus: & constat ex notatis in leg.
absentis. ff. de donationibus. Deinde si quis Titio rem daret, vt eam
nulla die praesentia Sempronio absentis restitueret: nemo
dubitat, posse a donatore pactum istud reuocari. leg. Aristo. ff.
de donationibus. consequatur ex his, actionem tertio quaesitam
ob aduentum diei in praefata quaestione, reuocabilem esse.
Erit igitur ius quaesitum irrevocabiliter, vt nullus locus sit
penitentiae, vbi a donatario adueniente die fuerit tertio
ipsa res tradita, tunc etenim vere ius quaesitum est & ir-
revocabile, nec post hanc traditionem donator penitere
poterit. ex quo inferitur pro diei aduentum etiam nulla facta
traditione pactum istud irrevocabile esse, quando ea res
Ecclesiae restituenda est, cum in ecclesiam ex contra-
ctu etiam donationis, dominium abique traditione ipso iure
transierit. l. vltim. Cod. de sacrosanct. eccles. optimus text. in leg. si
partem. in fin. ff. quem ad mod. seruit. amit. atque ita in specie ista tenent
Iason in d. §. Flauius. numer. 17. & ibi Socinus licet dubi-
tans numer. 14. ex quibus deducitur intellectus ad d. l. vltim. vt
procedat non tantum in donatione vera, & perfecta, sed
etiam in ea, qua oritur ex pacto donationis priuato factae
adiecto, vt post certam diem rem donatam Ecclesiae resti-
tuatur: quod egregia commendatione dignum est, maxime
quod ad huius dominij translationem hi Doctores non
requirunt ecclesiae acceptationem, hoc tamen pendet ab
ea quaestione, quam paulo ante tractauimus, an requiratur
acceptatio absentis, quoties is, qui poterat iure absentis ac-
quirere ius aliquod, absentis nomine promissionem acce-
perit. Nam & quilibet priuatus Ecclesiae, piusve causis sti-
pulari acquirere que potest, gloss. hac in parte Commu-
niter probata in cap. quoribus corda. i. quest. 7. cuius in d. §. Flauius.
meminit Iason num. 24. idem Iason in l. stipulatio ista. §. aliter.
num. 6. ff. de verbor. obligat. Felin. in c. castio. num. 27. de fide instrum.
idem erit ius quaesitum etiam ante diei euentum, postquam
praemissa nomine absentis huius pacti acceptatione, sequen-
ta fuerit tacite vel expresse absentis rati habitatione, vt in pra-
cedentibus adnotatum est.

Sexto animaduertendum, an hac Bart. opinio procedat,
vbi pactum donationis appositum in fauorem tertij absen-
tis, conceptum fuerit in vtilitatem ecclesiae, pietatisve, cau-
sa nam quidam arbitrantur tunc non esse locum peniten-
tiae, nec admittendam esse Bart. & aliorum sententiam fa-
uore pia causa, cuius ratione in contractibus innominatis
penitentiae locus non est, Bald. in l. scilicet ab initio. in fine. Cod. de
action. & obligation. idem Baldus in l. mandatum. Cod. mandati. num.
6. Alexander in d. §. Flauius. num. 8. ad finem. Iason in l. si pecuniam.
ff. de conditionibus. ob caus. colum. 1. vbi Alexand. mem. 12. & Baldus
Novell. de dote 6. part. privileg. 51. maxime de hoc dubitarunt,
sed facit decisio Bartoli in d. l. si pecuniam. colum. 1. & in l. quod Ser-
uius. ff. eodem titul. & in l. 2. §. si pecuniam, ad finem ff. de donationibus.
quibus locis scribit, in contractibus innominatis fauore
matrimonij non esse locum penitentiae, text. ad hoc insignis
in leg. si ego. in princip. ff. de iure dot. vbi tradita alicui re, vt ea
in dotem detur, ipsi tradenti competit tantum conditio
ex capite causa non lequata, non autem ei datur aliqua
actio, conditioque ratione penitentiae: ecce igitur quali-
ter speciali fauore dotis in contractu innominato excludi-
tur ius penitendi etiam re integra. Sequitur itidem apud
eundem Iuriconsultum ad hanc rem maxime commodus
locus, qui probat mandatum, quod alioqui morte mandan-
tis regulariter expirat. l. mandatum. C. mand. fauore dotis, &
sic pia causa, etiam post obitum mandantis vim habet: nec
ab haerede reuocari poterit: sicuti hoc pia causa privilegium
ex eo Iuriconsulti responso, versicul. sed benignus. colligunt
Bald. in cap. 1. qui successendi tenentur confr. ad finem. & in l. mandatum.
proxime citata, & in cap. cum venisset. in 2. de testib. Balb. Nouell. de
dote 6. part. privileg. 52. & sequent. Hippolyt. singul. 44. Felinus in
cap. relatum. colum. 2. de offic. delegat. qui & ad idem adducunt tex-
tum egregium in cap. exiit. de verbor. significat. in sexto. in verbo, in eo
verbo

vero casu cuius meminit Bald. in authent. si qua mulier. C. de sacro-
 sanctis Ecclesiis, colum. penultim. Roman. consil. 119. Alexand. colum.
 2. Aretin. in l. fundi venditor. ff. de acquirenda possessione. idem tenet
 Roman. in l. 1. num. 19. ff. de soluto matrimonio. & in authent. similiter.
 C. ad legem Falcidiam. num. 34. specialis pie causa in contractibus 17. ex
 quibus hec opinio magis communis apparet: & tamen licet vera
 omnino sit, non cogit precise quinquā, vt fateatur in con-
 tractibus innominatis favore pie causę penitentia admitti-
 tendā non esse: siquidē quamvis morte mandantis man-
 datum ad pias causas non expiret: nec possit ab hærede reuo-
 cari: non ex hoc sequitur ipsum mandatorē, dum vi-
 xerit, mandatum id reuocare non posse: imo id ei licere
 fateatur omnes plane, cum ea sit mandati propria natura,
 & conditio, vt libere reuocari a mandatore possit. vnde etiā
 si post mortem mandatoris mandatum durare censuimus:
 non probatur ex hoc necessario ab hærede reuocari id mā-
 datum non posse: nam mandatum quod adhuc durat, reuo-
 cari potest: sicuti manifestum est, nisi a lege reuocatio
 fuerit prohibita: qua ratione quia predicti Doctores existi-
 mant reuocationem mandatori permissam esse, etiam si
 mandatum factum fuerit ad pias causas. leg. hoc iure. §. si quis
 dederit. ff. de donatio. & in l. 3. ff. de ser. expor. & l. 1. C. si man. ita sue. ali.
 vt manumittatur. l. si pecuniam. §. 1. ff. de condi. causa d. 1. vbi Alexand.
 num. 15. scribit hoc ita certum esse, vt a nemine sanę mentis
 negari queat. Idem vero Doctores hanc reuocationem hæ-
 redi mandatoris veritam esse opinantur. expendendū erit,
 num in d. l. si ego. probetur premissa conclusio. Et profecto
 ibi non probari, manifeste constabit, si Iuriscōsulti deci-
 sionem penitus penitemus: eius hec sunt verba. Si res alicui
 id est futuro marito, vt Accurs. exponit. tradidero, vt nuptiis secutus
 dotis efficiatur, & ante nuptias decevero, an secutus nuptiis dotis esse inci-
 piam: & vereor, ne non possit in dominio eius effici, cui data sunt: & quia
 post mortem incipiat dominium discedere ab eo, qui dedit, & quia pendet
 donatio in diem nuptiarum: & cum conditio nuptiarum sequitur, iam hæ-
 redi dominium est, a quo discedere non posse verum dominium inuito eo
 fatendum est: sed benignius est favore dotium necessitatem imponi hæredi
 consentire ei, quod defunctus fecit, aut distulerit, vel absti-
 nente, vel absente eo, dominium ad maritum ipso iure transferri, ne mulier
 indotata sit. Hactenus Iuriscōsultus. ad cuius veram inter-
 pretationem libenter quæram: an is, qui dedit rem marito
 futuro, vt secutus nuptiis dotis fieret: si viueret, posset pon-
 ntere & donationem reuocare? si dixeris eam potuisse reuo-
 care, plane probabitur ex eo responso, in contractibus
 innominatis licitum esse penitere, etiam si pium opus cō-
 tractus hi respiciant: quod a multis negatum est contra-
 riam opinionem probantibus, & presertim ab his, qui
 proximam ab eo loco annotauerunt conclusionem in pia
 causa favorem. Quod si responderis a defuncto non po-
 tuisse eam donationem reuocari: sicuti nec ab eius herede:
 non solum esset colligendum ex Iuriscōsulto, mandatum
 favore pie causę morte mandantis non extingui, nec ab
 hærede reuocari posse: sed præterea mandatum pietatis
 causa factum, nec ab ipso mandatore re integra reuocari
 posse: quod nemo doctus admitteret, nec iure admittendum
 est: nam enim mandatum ea datio non esset, nec mandatum
 pietatis causa factum leges mādati haberet: sed potius actus
 cuiusdam perfectissimi inuolabilisque. Quamobrem ego
 censo in predicta Iuriscōsulti questione: nec ipsi defuncto
 licuisse penitere integra re, nec potuisse ab eo dati onē pre-
 missam reuocari, quod ex verborū ipsius responsi cōtextu
 probatur, & expressim adserunt Fulgosius, Alexand. in d. l.
 si pecuniam. colum. 2. idē deduci poterit ex priori Iuriscōsulti
 responso in d. l. si ego. vbi si quis dederit rem aliquam mulieri,
 vt eam proprio nomine in dotem det: vel dederit rem
 aliquam pro ipsa muliere in dotem ratione matrimonij fu-
 turo, matrimonio ipso non secuto, is qui dedit, habet ad rem
 petendam conditionem causa data non secuta: non autem
 habet ex capite penitentię receptionem. Et si responderis
 disparem esse rationem secundi responsi a ratione primi:
 quia in secundo data fuit res, hoc expresso, vt nuptiis secutus
 dotis fieret, at in primo data fuit res absque vlla condi-
 tione, nam & hoc nihil ad rem pertinet, cum conditio do-
 nationi apposta minime efficiat reuocabile actum, qui ex
 propria vt irrevocabilis est. licet quo ad dominij transla-
 tionē aliquid conditionis adiectio possit operari, quemad-
 modū notatur in l. 2. §. si pecuniam ff. de donationibus. sic etenim nec
 reliqui contractus apposta conditione celebrati reuocari
 poterunt, etiam conditione pendente, quod probatissimi

Iuris est. Quod si verum est. defunctum in specie predicti
 §. si res non potuisse penitere, nihil mirum erit nec hæredi
 penitentiam permissam esse, vnde non probatur ibidem
 defuncto profuturum: sed erit is contractus, cuius Iuriscō-
 causa dotis: & sic donatio, seu dotis constitutio. Erat igitur
 specialis dotis favor, qui causam dederit in dicto §. si res. be-
 nigna interpretationi: quod vbi traditur aliqua res alteri
 sub conditione ipsi titulo apposta, res que ipsa, spectat
 est, non pecunia: non censetur dominium translatum,
 donec vere conditio euenierit. notat optime Bartol. in leg.
 sub conditio. ad fin. ff. de solut. per textum. ibi. & in leg. qui ad
 §. 1. ff. de acquir. possess. & in l. 2. §. si pecuniam. proxime citata, et
 quibus dicta distinctio ac resolutio Communiter colligitur.
 qua ratione mortuo tradente rem ipsam ante conditionis
 diem: & ea eueniente eo tempore, quod dominium rei est
 penes hæredem, non potest ab eo inuito auferri domi-
 nium: nec precise cogi ad eius traditionem, iuxta notat.
 in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligationibus. Itaque
 ergo in d. §. si res. præcise cogendum esse hæredem rem ip-
 sam tradere, & consentire traditioni factæ per defunctum:
 imo si hæres hoc facere distulerit, vel absens fuerit,
 censet Iuriscōsultus dominium rei ipso iure transferri
 in ipsum, cui a defuncto tradita res fuit ex causa dotis sub
 conditione futurarum nuptiarum. vtrumque sane fit dotis
 favore, atque ita ratio illius l. si ego, in princip. & in §. si res. est
 omnino consideranda. Ex quibus planum est in cōre-
 pōnsō non probari, quod præfati Doctores de reuocatione
 mandati favore pie causę adnotarunt. Non obstat cele-
 bris text. in d. cap. exiit, versic. in eo vero casu. non enim ibi quid-
 quam tractatur de mandato: sed agitur de donatione ali-
 cuius pecunię vel rei alterius ad vtilitatem, & elemo-
 synam monachorum mendicantium diui Francisci: qui in-
 capaces omnino sunt temporalium bonorum: & ea ratio-
 ne statutum est a Romano Pontifice, vt ea pecunia depona-
 tur penes aliquem, qui eam ad vtilitatem destinaret ex-
 pendat, & cum aliquo, ni monachi sancti Francisci inci-
 pacēs essent, ea datio irrevocabilis esset, conceditur libera
 ipsi danti facultas reuocandi præmissam donationem inue-
 ritum dum non dum expensa fuerit in destinatam ab eo cau-
 sam, hoc vero reuocandi ius hæredi negatur, sicuti etiam
 fit in questione, quam ex Bart. tractamus.

His equidem omnibus animaduertens colligitur in con-
 tractibus innominatis etiam ad pium opus celebratis licitum
 esse penitentiam: quod expressim notant Roman. in d.
 aut. similiter. 18. privilegio. idem in l. si pecuniam. nu. 1. optimi text.
 in eadem. l. si pecuniam. §. 1. & in l. 3. §. ff. de condi. causa d. 1. vbi laudat
 colum. 1. idem tenet Romanum secutus, sic & Socin. Romani
 sequitur. in dict. §. Flauus. num. 15. quo in loco ipse & Aretin.
 colum. vltim. palam adserunt Bartol. opinionem in notis §.
 Flauus. etiam procedere, quando conditio, aut modus do-
 nationi esset appositus in fauorem pie causę, & idem mani-
 feste probatur ex Bartol. cui magis communiter Doctores acco-
 dunt: nam is in ecclesia questionem ipsam, & eius deci-
 sionem proposuit: tamen si Alex. ibi num. 8. videatur contra-
 rium admittere.

Septimo in eadem questione Bartol. fatetur minime li-
 citum esse hæredi donatoris ab ea conditione discedere: nec
 eum modum in fauorem tertij donationi appositum
 hæredem reuocare posse: quamvis defuncto fuerit reuoca-
 tio permissa quod probatur ex l. 3. ff. de ser. expor. & l. 1. Cod. si
 man. ita fuerit alienat. & l. 3. ff. qui sine manus. quibus authoritatibus
 freti Bartolum in hoc sequuntur, Alexand. num. 9. Socin.
 num. 19. Aret. colum. penultim. Ialon num. 24. in d. §. Flauus. hoc opi-
 nium probant omnes, qui Bartoli opinionem sequuntur,
 quorum superius mentionem fecimus. atque esse hanc opi-
 nionem Communem fatentur eam sequenti Socin. numer. 10. &
 Exca de pact. num. 174. quamvis contrarium tenuerit Bald.
 in l. cum a socero. num. 7. Cod. de iure dot. & Roman. in d. leg. si pecuniam.
 num. 23. nec mirum cuiquam videri debet, non licere hæ-
 redi discedere a contractu, a quo posset libere defunctus res-
 lire: cum in hac questione contractus hic in nominatus mor-
 xime accedat nominato contractui, & ei mixtus fuerit, ab
 eoque deducatur.

Octauo ex præmissis animaduerti poterit, num vera sit
 Bald. Angel. Imol. Paul. Alex. & aliorum adnotatio ex l. in in-
 sulam. §. 1. ff. sol. mar. vbi scribunt pacta & conuentia pacto

ter duos hæc lege, vt qui eam violauerit, ipso iure mille au-

CAPVT XV.

De fructibus rei venditæ, an ad emptorem pertineant.

S Y M M A R I A.

- Fructus pendentes qualiter pars ipsius rei esse dicantur?
Periculum & commodum rei venditæ post perfectam venditionem ad emptorem pertinet.
Emptores venditæ, an pertineant ad emptorem, quando tempore venditionis nondum dies solutionis cesserit?
Intellectus l. vlt. ff. de iure fisci.
Emptor tenetur fructu colono fisci venditoris.
Venditæ re ex pacto de reuocando fructus pendentes pro rata sunt diuidenti.
Intellectus l. 2. C. de pact. inter emp.
Intellectus in regulam constitutionum, qua de retratū iure sanguinis promissio, tractant.
Quæ consuetudines sunt expressæ an consentaneæ expressis si ommissæ fuerint?
Quædam venditæ redemptio fieri debet, non tantum soluto pretio: sed & redibitū decem pro rata temporis.
Interpretatio constitutionis Regiæ, qua de censibus à Carolo Casare condita fuit.
Fructus beneficii ecclesiastici qualiter diuidantur inter defuncti heredes, & successorem.
De iure Ecclesiastica pensionario defuncto pro rata temporis debetur, etiamsi dies solutionis nondum cesserit.
Fructus maritus, seu primogeni, eius anni, quo possessor mortem obiit, an pro rata temporis pertineant ad eius heredes, licet nondum percepti fuerint.

Fructibus iam maturis ager distractus sit, fructus ad emptorem pertinet, nisi aliud conuenit, exploratum est, vt scribit Iuriscōsultus in l. Iulianus. §. si fructibus ff. de actio. 1. qui fundam §. cum fundam l. cum manus. ff. de contrahen. emp. l. vlt. §. non solum ff. qui in fraud. credit. Reg. l. 1. r. r. 1. r. r. §. hoc probatur ex eo, quod fructus pendentes fundi pars esse videntur. l. fructus. ff. de rei vendic. igitur re venditæ fructibus iam pendentes, ipsi fructus ad emptorem spectant, nec tamen intelligas, vt hoc ipsum obiter explicemus, fructus pendentes esse fundi partem quotitatiuam, vt aiunt, numeralem, quod manifestum est: nec item partem integram absolute, fundus enim integer dicitur etiam si fructus pendentes non habeat, nec item intelligas fructus pendentes partem esse fundi prædicamentalem, aut subiectiuam: cum fructus etiam pendentes non contingant sub fundo, vt species sub genere, nec vt pars sub toto in minerali, nec de fundo prædicantur, vt de genere, sunt autem fructus pendentes fundi pars integralis respectiua, vel hypothetica ex hypothesis, & sic ex suppositione, vel suppositiua, habito respectu ad ipsius fundi statum præsentem, quo fructus pendentes sunt, ita enim animaduertendum censet ex his, quæ de partibus tractauere Bart. Angel. & alij in l. qui vsu fructuum. col. 2. ff. de verb. obligat. idem Bart. in l. reuocatis. num. 10. ff. de legat. 3. Dec. & nouiores in l. in toto. ff. de reg. iur. Euerardus, Cantioneula, Cammarus in Topicis, cap. de toto & parte, Rodolph. Agric. de inuentione lib. 1. cap. 9. Titelmans in Dial. lib. 5. cap. 7. Ludouic. Lusitan. in l. 1. ff. de rebus. dub. Bartol. Philipp. itidem Lusitanus in cap. scindite corda vestra. de penitent. distinctio. 1. 5. & 6. relectio. 1. part. Sed cum hic locus minime exigat latiorē d. l. fructus. interpretationem, præter alios ad eius cognitionem legendi sunt Alberic. 2. part. stat. l. 216. Ludouic. Roman. conf. 309. Andr. Tiraquel. lib. 1. de verat. §. 1. gloss. 7. numer. 36. Est & alia maxime conueniens ratio ad primam huius cap. conclusionem, quod post perfectam venditionem periculum & commodum rei venditæ ad emptorem pertineat, etiam nondum facta ipsius rei tra-

ditione, nec soluto pretio. text. in l. 1. C. de pericu. & cōmo. rei vend. §. 1. Iustit. de contrah. emp. §. cum autem. eo. tit. Regia l. 2. tit. 5. part. 5. tradunt Paul. Castren. in l. sicut periculum. Cod. de actio. emp. Ang. Paul. & Salyc. in d. l. 1. C. de peric. & cōmo rei vend. Dec. consil. 179. Hipp. sing. 614. Paul. Paris. conf. 59. 64. 65. vol. 1. idem Dec. conf. 500. Alber. Brun. in tract. de augmento. & diminut. conclus. 16. ex quo inferitur, fructus pendentes tempore perfectæ ex consensu venditionis etiam nondum re tradita, nec soluto pretio ad emptorem pertinere. l. Iulianus. §. si quid seruo. ff. de actio. emp. l. post perfectam. C. eod. tit. quod vero dixi, non soluto pretio: est intelligendum etiam non habita fide pretij, alioqui in perceptis a venditore post contractum, nec tamen eo tempore pendentes: secus erit dicendum ex his quæ alibi tractauimus ad intellectum l. curat. de actio. emp. Deducitur etiam, ad venditorem nullam fructuum partem spectare pro ea parte anni: qua rem venditam ante venditionem, vt dominus illius habuit, & possedit: vnde integri illius anni fructus post perfectam venditionem collecti ad emptorem pertinent, nõ ad venditorem, nec pro rata, quæ admodum vulgo dicimus, temporis fructus sunt diuidendi inter emptorem & venditorem, quod differt ab his quæ traduntur in l. diuortio. ff. solut. matrim.

His accedit textus optimus in l. si vsu fructuarius. ff. quibus mod. vsu fruct. amir. l. in singulos. ff. de annu. legat. vbi mortuo vsu fructuario, & re ipsa ad proprietarium iam reuerfa, fructus etiam maturi tempore mortis, & proximi collectioni, integre pertinent ad rei dominum directum. Sic & fructus ex fundo percepti post acquisitionem ex causa fideicommissi dominium ad fideicommissarium omnino spectant, licet maior pars anni diem fideicommissi præcesserit. l. Herennius. in l. 1. ff. de vsu. & hæc de fructibus.

De pensionibus subdit Iuriscōsultus in d. §. si fructibus. Sin is ager locatus fuit, pensiones vtique ei cedent, qui locauerat. Quasi velit Vlpianus aliud esse in fructibus perceptis ex agro vendito post venditionem perfectam, aliud in pensionibus ex ipsa re vendita post venditionem cedentibus ex locatione ante venditionem celebrata, vt in hoc posteriori casu pensiones ad venditorem pertineant. id vero Accursum ita intelligit, vt hæc pensiones cedant venditori ad hunc effectum, vt eas emptori restituat: vel actiones pro his sibi competentes emptori cedat ad eas quidem pensiones, quæ respiciunt tempus elapsum à die perfectæ venditionis, & sic pro rata temporis annalis. idem ibi notant Bart. & Alber. & sane in hoc videntur omnes conuenire, quod etiam si pensiones debeantur emptori eique sint iure optimo restituendæ, actio tamen personalis ei nequaquam competat ad eas exigendas à colonis vel inquilinis: qua ratione vel venditor cedet emptori actiones contra colonos, vel venditor agat ad pensiones, & eas semel exactas emptori reddere tenebitur omnino.

Sed hoc supposito ad veram huius questionis definitionem considerandum est, pensiones, quæ ex re vendita, prius quidem locata debentur ad eum pertinere, nempe emptorem, aut venditorem ad quæ fructus pro quibus soluendæ sunt, iure & ratione spectant: siue de integra pensione, siue de eius parte pro rata temporis tractemus, ita quidem vt in distributione pensionum consideremus tempus, quo percipiuntur fructus, quorū ratione pensiones soluantur, rex. insignis in l. de fructu. & ibi Alberic. ff. de vsu fructu. Paul. Cast. & Salyc. in d. §. si fructibus. idem Salyc. in l. fructus. num. 3. post Bal. ibi. n. 4. Cod. de act. emp. Paul. Castren. consil. 214. lib. 2. Anch. consil. 193. incipien. subtiliter. Artin. consil. 160. versic. circa quatuor. idem Artin. in l. diuortio. in princ. colam. vlt. ff. solut. matrim. Alexand. consil. 28. lib. 1. num. 2. & consil. 8. 2. lib. 2. num. 16. Iaf. consil. 231. lib. 2. Carolus Molin. in consuet. Paris. §. 1. gloss. 8. num. 11. sentere hoc gl. Bart. & Alberic. in d. §. si fructibus. Bartoli. in l. vltim. ff. de iure fisci. & ex quibus apparet quid dicendum sit, quando venditur fundus, ex quo certo anni tempore fructus percipiuntur: vt puta messium, aut vindemiam: & tamen is locatus fuerat ante venditionem ad certam annuam pensionem statuta die soluendam. sitque venditio ante messium, & vindemiam tempus, & ante diem solutionis pensionis, hoc etenim casu pensio ad emptorem spectet integre, ac venditor cedere tenetur ei actionem, vel si pensionem exegerit, eam restituat emptori. hoc idem dicendum erit in venditione huius fundi, quæ facta fuerit post diem soluendæ pensionis aut post exactã à venditore pensionem, prius tamen, quam fructus colligatur: nõ & tenebitur venditor restituere præ-

